



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXIX. An verum & propriè dictum Sacrificium offeratur in Mißa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

tensibile offert Deo. Gen. 22. Ecce ignis & ligna, ubi victimam? III. Quia actus proprius & elicitus non potest diuersarum esse virtutum: at Sacrificium est prius actus religionis; teste Aug. l. 20. contra Faustum, c. 27. IV. Quia in Ecclesia vnum est propriè dictum Sacrificium, iuxta Aug. 8. Ciu. c. vlt. & omnes S. Patres. V. Sacrificium & Sacerdotium, propriè dicta, sunt relativa: Hebr. 5. & 8. Omnis Pontifex ad offerendum munera constituitur: Ideo Lutherani propriè dictum Sacerdotium non agnoscunt; quia Sacrificium propriè dictum respnuunt: At qui non omnes, qui bona operantur, sunt Sacerdotes propriè dicti. V. Altare, & Sacrificium sunt relata: at ara non est omni operi bono necessaria. Vnde contra Melanchthonem Calvinus Inst. libro quarto capit. 18. §. 13. Qui Sacrificii vocabulum ad omnes ceremonias, & religiosas actiones extendunt; quā ratione id faciant, non video. Quare S. Augustinus definit impropiè dictum Sacrificium.

AD V. Omne Sacrificium est oblationis; sed non contrā: vt vult Calvinus. I. Illud enim requirit mutationem & consumtionem. Non igitur προσπορά est θυσία aut τελείτη. 2. In Scripturis multa dicuntur offerri, vt aurum, argentum, fructus, byssus. &c. quae dici nequeunt Sacrificari. 3. Quia Oblationes non requirunt altare, nec Sacerdotium.

AD VI. 1. Decimæ nusquam in Scriptura dicuntur Sacrificium propriè dictum. Hoc enim soli Deo offeritur; illæ autem Sacerdotibus, non Deo. 2. Ceremonialia, & externa cum Veteris

Testamento desierunt esse Sacrificia, ait verè Kemnitius: At idem contendit Baptizari, & Coenare esse Sacrificia: sunt autem externa & ceremonialia: ergo non solum spiritualia interna sunt Ecclesiæ Sacrificia.

Q V A E S T I O L X X .

*An verum Sacrificium offeratur
in Missa?*

LUTHERVS in formula Missæ ad Wittenberg. omnia probat usque ad offertorium unde, ait, sequitur tota illa abomination. Proinde repudiari, quæ oblationem sonant, quæ pura, retineamus. Sic anno 1523. In eo totus est, docere, Nihil à nobis offerri nisi orationes; quin à Deo nobis offerri Eucharistiam, in testimonium promissionis. Ideo anno 1521. edit librum de abroganda Missa priuata. Alium anno 1. 22. contra Regem Angliae. Alium anno 1523. contra Canonem. Alium anno 1527 de verbis Cenaconta Zwinglium. Alium anno 1528. quo satetur supra omnes abominationes se habere Missam, nilque dolere grauius sibi, quam quod XV. annis Missas patravit. Anno 1534. lib. de Missa priuata facetur se à cacodæmone edictum de abominatione Missæ.

LUTHERA NI pariter spiritu furiantur eodem. Lutherus libro de Missa priuata. *Hic non moramur, si clamitent Papille, Ecclesia, Patres, Patres, Quia hominum dicta, aut facta nihil in tam magnis causis curramus. Scimus ipsos etiam prophetas lapsos esse, adeoque Apostolos.*

CALVINVS Inst. libr. 4. c. 18. contendit Missam, 1. Insigni contumeliam Christum afficere. 2. Crucem eius sepelire: 3. Mortem eius in obliuionem tradere: 4. Frustrum tollere: 5. Sacramentum dissipare. Totum, id caput furiosis scatet blasphemis ac mendacibus. Proinde in sua formula Genevensi de Sacramentis administrandis cauet, ne mentionio fiat oblationis. Vbi sup'a, ait: *Pestilentiissimo errore Satan totum pene orbem execauit, ut crederet Missam Sacrificium.* Ibidem § 12. *Non est cur ullà hominum autoritate, vel annorum prescriptione patiamur nos moueri.*

L V



LUTHERO-CALVINISTÆ certatim vocant Missam, Horribile Sacrificium, Idololatriam, commentum papisticum, exitialem voragine, abominationem, &c.

S VADENT istis. I. *Lutherus.* Cœna est Sacramentum, quo accipimus quid à Deo; est & Testamentum, continens promissionem hæreditatis: At Sacrificium est quo Deo quid offerimus. Et Hoc ex fide procedit; illud fide accipitur.

II. Dominus ad mensam sedit, Sacramētum distribuit; Non se Patri obtulit.

III. *Calvinus* quinque obiicit. Christus est Sacerdos in eternum: ergo successores non habet Sacerdotes; proinde nec plura Sacrifica propriè dicta sunt in terris: vii in Vet. Testamento erant inter mortales Sacerdotes: at Hebr. 7. Christus non moritur.

IV. *Calvinus.* Sacrificium Crucis vim habet infinitam & æternam: Quare alio nil opus: & tot Missas multiplicare, est negare vim Crucis. Nam, Hebr. 9. *Semel ad destrunctionem peccati per hostiam apparuit.* Et *Semel oblatum est, ad multorum exhaurienda peccata.* Heb. 10. *Vna oblatione consummatur in sempiternum sanctificatus.* Ioann. 19. *Consanctum est.*

V. Confirmatio Testamenti Christi à morte Christi pendet: sed Missa est nouum Testamentum: ergo mori toties oportet Christum: Cùm hostiam occidi oporteat ex essentia Sacrificii. Idecirco Mors unica Christi aut non creditur, aut nihili dicitur.

VI. Missa fructum crucis præripit: nam in hac videns nouam redemtionem, & peccatorum remissionem nouam, illius in cruce facte facile obliuiscitur.

VII. Christus non dixit, *Offerte, sed Accipite, comedite, & bibite.* Ergo Eucharistia ex Institutione est Sacramentum, non Sacrificium.

VIII. Nulla sit remissio peccatorum sine effusione Sanguinis: hæc nulla est in Missa: ergo nec ea est Sacrificium.

IX. *Parans.* Nullum Sacrificium sæpius

iteratum potest perficere cultores: at tale est Missa: ergo nequit remittere peccata.

A V T O R. Missam esse propriè dictū Sacrificium docent, 1. Figuræ, Melchisedech, Agnus paschalisch, Sacrificia alia. 2. Prophetæ: 3. Promissio Christi, Ioann. 4. 4. Verba Institutionis, 5. Apostoli. 6. 8. Patrum Traditio. 7. Ritus altarium. 8. Vox Sacerdos. 9. Liturgiæ plurium. 10. Et Traditio. Depleuisse ordine quæremus instà.

D I C O A D I. Et Sacrificium & Sacramentum sunt opus & actio Christi non nostra, vt Lutherus assumit. Christus enim & se obtulit, ac offert Patri, & que dedit & dat nobis. Dein; Confundit Signaculum promissionis, consistit in Eucharistia; cum ipsa promissio, consistente in verbis, *Accipite, mandate.* &c. At potest Signaculum esse Sacrificium, vt quod potest Deus cœu vobis oblatam assumere, in signaculo promissionis. Sic omnia Sacrifica Legio rant simul signacula promissionis dñæ. Demum: Eucharistiam dicimus: Sacramentum, quæ est signum extermi gratiæ inuisibilis, in sumtione data nobis: Dicimus esse Testamentum, quæ autenticum diuinæ voluntatis & promissionis Instrumētum. Essèq; Sacrificium, quæ offertur Deo, quod accepimus à Deo.

A D II. Etsi Euangelistæ non expresserint, se Patri Christum obtulisse non tamen negarunt, cum se non obtrulisse. At quod te obtrulerit, scimus ex Constantiis Institutionis, Figuris, Varietatibus, Patrumque Consentia. Plutus milititer non expresserunt: vt quod Agnus immolariet, ederitque ritu conuictus.

Quod



Quod vinum in calice habuerit; nam il-
lud de genimine vitiis, pertinet ad eum a-
gnis; non ad Sacram Cœnam.

A D III. Christus non habet suc-
cessores, sed Vicarios sive Ministros: hi e-
nim sunt viorum, illi mortuorum: Christus autem non moritur, sed viuit sem-
per: quocirca Sacerdotes sunt Christi Vi-
carii in Sacerdotali officio. *Vt Aaron,*
quoad vixit, Sacerdotes habuit inferio-
res; at mortuo successum est pari cum
poteestate. Nos autem, 2. Cor 5. pro Chri-
sto legatione fungimur.

A D IV. Similiter retorqueo: Sacri-
ficium crucis vim habet infinitam: ergo
nil opus Baptismo: &c. Nil opus alio
Sacrificio, aut cruenti Sacrificii repetiti-
one; aut ut saepius moriatur Christus: at
opus, tum, ut simus memores beneficij
tantum ut huius fructus in particulari
nobis applicetur. *Vtrumque hoc sit per*
fidem, Sacramētū, Sacrificiū, prædicati-
*onem. &c. Vnde horum nihil superflu-
um est, O homo, tu quis es, ut dicas Deo,*
quare ordinasti sic?

A D V. Missa est Sacrificium incru-
tum, repræsentatiuum vnici Cruenti; i-
deo dicere, mori Dominum, nefas est;
sola præteriti repræsentatio repetitur ad
gratitudinem, & Cruenti Sacrificii ap-
plicationem.

A D VI. Falsum præsupponit,
quasi Missa vim expiandi habeat sine
Crucis Sacrificio; Et Missa est opus Chri-
sti, non nostrum, nisi ut ministrorum:
estque memoriale factæ redēptionis in
cruce.

A D VII. *Vt non illo, Offerete, vsus ta-*
men est alio pari vocabulo, Hoc facite in
meam cōmemorationem cum interna gra-

mitudine, & externa in signo Sacrificii
memoratiuo: quæ gratiarum actio vtra-
que est oblatio. *Vnde S. Aug. 1. 20. con-*
tra Faustum, c. 18. Christianiam peracti in
Cruce Sacrificii, memoriam celebrant fa-
crosanctâ Oblatione, & participatione
Corporis & Sanguinis Domini;

A D VIII. Sic retorqueo: Nulla fit
remissio peccatorum sine Sanguinis ef-
fusione: at in fide iustificante Luther-
Caluinistarum non est Sanguinis effu-
sio ergo nec per eam fit remissio pecca-
torum. At Apostolus loquitur de Veteri
Lege, in effusione Sanguinis opus ad re-
missionem peccatorum. Facta tamen à
Christo effusio Sanguinis diuersimodè
applicatur nobis: iudicis per Sacrificia
cruenta typica; Christianis per Missam,
aliaque Sacra menta.

A D IX. Sic retorqueo subsumens:
At fidēs, aliaque opera pia ad Dei laudem
(quæ aduersariis sunt Sacrificia) saepius
iterantur: ergo ea non possunt perficere
cultores. At maior (nullum Sacrificium
saepius iteratum potest perficere culto-
res) falsò tribuitur Apostolo; qui id de
Molaicis dicebat.

Q V A E S T I O L X X I .

An Oblatio Melchisedech fuerit Sa-
cificium, & typus Sacrificii
Christi?

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI;
1. Assentiuntur nobis, quod Melchise-
dech, Rex Salemerat, & Sacerdos Altissimi.
Genes. 14. 2. Negant in Sacrificium, ad
gratiarum actionem pro victoria, obtulisse
panem & vinum; sed ad corporalem Abrahæ
refectionem. 3. Negant ea in oblatione
fuisse typum Christi: Vnde hoc non consi-
stit

